



## **Magnum Bullarium Romanum, Seu Ejusdem Continuatio**

Quæ Supplementi loco sit, tum huicce, tum aliis quæ præcesserunt  
Editionibus, Romanæ, & Lugdunensi ...

Constitutiones Variorum Pontificum in præcedentibus Editionibus  
desideratas, summoque studio hinc inde conquisitas complectens

**Luxemburgi, 1741**

2. Cum charissimus, &c. Instante Henrico III. Galliarum Rege Clero  
ejusdem Regni permittit alienationem bonorum immobilium, quæ centrum  
millium scutorum annuos fructus non excedant, modò Rex ...

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-74514](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-74514)

*Flora per Nos Hieronymum Lucium, & Nicolaum Talliottum, Sanctiss. D. N. Papæ Cursores.*

Joan. Andreas Panizza, Mag. Curf.  
Joan. Cayanus Cur. Card. Camerae  
Apostolicæ Ibotus Ful.

II.  
Ex Mem.  
du Clergé  
de France,  
Tom. 4.  
pag. 775.

Instante Henrico III. Galliarum Rege Clero ejusdem Regni permittit alienationem bonorum immobilium, quæ centum millium scutorum annuos fructus non excedant, modò Rex perseveret in bello contra hæreticos: anno 1586.

## SIXTUS EPISCOPUS.

*Servus Servorum Dei, Dilectis Filiis Carolo à Bourbonio, & Ludovico à Guisla, Sanctæ Romanæ Ecclesiæ Presbyteris Cardinalibus; ac Venerabilibus Fratribus Hieronymo Bergomensis, nostro, Scilicetque Apostolicæ in Regno Franciæ Nuntio, & Petro Parisiensi, Episcopis, nec non dilectis etiam Filiis, Florentio Regnard Turonensi, & Ludovico Segnier Parisiensi, Decanis, ac Petro Ruelle Cantori etiam Parisiensi, nec non Joanni Le Roy, similiter Parisiensi, & Bono Broë Capelle nuncupatæ Palatii Parisiensi, Ecclesiarum Canonicis, ac aulam Regiam Franciæ nunc & pro tempore sequentibus, Syndicis Generalibus Cleri, Salutem, & Apostolicam benedictionem.*

Cum charissimus in Christo Filius noster Henricus Francorum Rex Christianissimus suis literis & Nuntii, nobis significaverit, se jam omnes propemodum modos tentasse reducendi hæreticos, qui jam aliquam partem regni sui infecerant, in viam veram & Catholicam, ac tot retroactis sæculis in illo Regno usitatum magna cum pietatis laude, & ipsius regni tranquillitate, nec tamen quicquam proficere potuisse: volens satisfacere debito suo erga Deum Omnipotentem, per quem Reges regnant, paci etiam & quieti Regni sui consulere cupiens, scriptum est enim, *Omne regnum in se divisum desolabitur*: conscientiæ etiam securitati & animæ suæ salutis, quæ nulla res est pretiosior, prospicere intendens, quando alia via non licuit, ad arma succurrendum duxit, quo hanc pestem ex suo regno ejiceret, & eliminaret: eodem etiam tempore non solum conservacioni Ecclesiarum ac personarum & bonorum Ecclesiasticorum, sed etiam recuperacioni eorum, quæ ab his hæreticis detinentur, & impie tractantur, diligenter intenderet; cum alioqui de his omnibus rationem Deo redditurus divini Judicii ultionem merito reformidare cogatur, si, remissè ac negligenter negotium Dei ac Religionis, Ecclesiarum etiam & bonorum occupatorum tractaret. Quare cum jam arma sumpserit, in hoc Sancto proposito constantissime obfirmatus, justum esse duxit, ut Clerus etiam Galliæ partem oneris sustineat; quod etiam ipse idem Franciæ Clerus legitime congregatus necessarium judicavit, istis bellorum tempestatibus Regi succurrendum esse, etiam per alienationem bonorum immobilium. Nobis itaque supplicari fecit, ut dicto Clero facultatem vendendi bona mobilia, vel immobilia usque ad valorem centum millium scutorum in redditibus annuis concederemus. Nos considerantes, quòd si bellum hoc cum exitum habuerit, quem & optamus & aspirante regis conatibus divina clementia firmiter speramus, Ecclesiasticus Ordo, non solum conservabit,

quæ nunc possidet, sed recuperabit jam ab hæreticis occupata, quorum non parva summa est: postulatus Regis libenter annuimus, ita tamen ut hic ordo servetur, in præfens quinquaginta tantum millia alienentur; Quæ summa, ut quam minimo Ecclesiarum detrimento efficiatur, & fideliter atque utiliter in usum designatum erogetur, hunc ordinem servari jubemus, ut singulis Ecclesiis, etiam Metropolitanis ac Primatialibus, Monasteriisque, Prioratibus tam virorum, quam mulierum, dignitatibus etiam Conventualibus, majoribus & principalibus, nec non Administrantibus & Officiis, cæterisque Beneficiis Ecclesiasticis, Sæcularibus, ac Sancti Benedicti, Sancti Augustini, Cluniacensis, Cisterciensis, Præmonstratensis, Grandimontensis, Fontis-Ebraldi, & quorumcumque aliorum Ordinum Regularium, nec non Capitulorum, Conventuum & Locorum omnium in Regno Franciæ, & Dominiis eidem Regi ultra montes subjectis, consistentium; eorumque Mensarum, & annexorum: non tamen Mendicantium, & Pauperum, utriusque sexus, ac exceptis etiam omnibus Parochialibus Ecclesiis, trecentarum librarum, simplicibusque Beneficiis, quæ centum librarum valorem annuum non excedunt, ac Hospitalibus Sancti Joannis Hierosolymitani: pro tertia tantum parte, quæ eos tangeret, habita prius diligenti redditus ejusque eorum indagacione, prius bona mobilia, si id commodè fieri poterit, nec non decimas, & alios redditus annuos, deinde bona stabilia, vel ad longum tempus locandi, vel pignori dandi, vel potremò si hæc omnia satis non fuerint, alienandi, sylvas cædendi: modò tamen alienatio illorum bonorum fiat, quæ minus sint utilia, & quibus carere Ecclesiæ facilius possit, dummodo non sint primaria feuda, aut domus principales Beneficiorum, vel oppida mœnibus cincta, loca insignia, aut alia bona, quorum alienatio dignitatem Ecclesiis, Beneficiis, Ordinibus, & Locis prædictis imminuat, atque etiam, si fieri possit, illa cautio adhibeatur, per quam Ecclesiæ à suo jure in perpetuum non sit exclusa, sed possit vel per affrancacionem, vel alia convenienti ratione aliquando illa recuperare; atque ista alienatio non nisi personis notoriè Catholicis, & non minori precio fiat, quam ad rationem viginti quatuor denariorum pro singulo denario, ita ut alias facta alienatio irrita sit & invalida: Quòdque una Provincia, seu una Diocesis, vel unum Beneficium pro alio non gravetur ad solutionem taxæ sibi impostæ: sed sit liberum, & pro alio minime obligatum censeatur. Solutiones autem pecuniarum hujusmodi Cleri nomine, vel in singulos menses, aut alias, prout commodius videbitur, per manus eorum, quibus à vobis hæc tributa fuerit autoritas, atque etiam cum consilio & assensu Venerabilis Fratris nostri Episcopi Bergomensis, Nuntii nostri, vel alterius ejus loco surrogandi, fieri mandamus. Ad hæc autem omnia, quæ super his necessaria & opportuna videbuntur, agenda, & exequenda, tam vobis, de quorum fide & integritate plurimum confidimus, & quorum conscientias oneramus, quam etiam prædicto, & pro tempore existenti Nuntio nostro, plenam, & liberam per præfentes damus & concedimus facultatem; Declarantes emptores bonorum Ecclesiasticorum hujusmodi, eorum successores, & causam habentes ab eis, illa tamquam prophana, propria, paterna, & avita possidere, & de illis, illorumque fructibus liberè disponere posse. Alia verò quinquaginta millia, eadem omnino quæ supra formâ servatâ, post tres Menses, scilicet post Kal. Maji, exigendi facultatem concedimus: Cum conditione tamen, si eos progressus in bello fieri viderimus, ut finis prædictus recuperacionis bonorum Ecclesiasticorum jam occupatorum sperari possit, nec fervor iste expellendi ab regno hæreticos remittatur. Sicut enim progressus ad Dei gloriam, & honorem, & religionis

augmentum, ad hæreticorum extirpationem, & regni istius nobilissimi unitatem à nobis commendabitur, & adjuvabitur: Ita si, quod Deus avertat, à rectis, & piis consiliis, & à tam sancto proposito recessum fuerit, vel aliqua ex parte remissius agatur, dictorum quinquaginta millium alienandi facultatem ex nunc revocamus & annullamus: ac vobis, eo casu sub pena majoris excommunicationis, eo ipso incurrenda prohibemus, interdiciamus, ne ad ulteriorem posteriorum quinquaginta millium executionem, & alienationem procedatis. Quir etiam, si forte ad succurrendum urgenti necessitati Regis, & periculis imminenti- bus obviam eundum, aliqua pecuniæ pars jam à Clero soluta, vel de ea quoquomodo, vel Regis ministris, vel mercatoribus cautum reperitur, id ratum esse volumus, & eadem auctoritate Apostolica confirmamus: ac tam Clerum ipsum universum, ejusque particulares personas, quam cæteros omnes, qui se negotio solutionis hujusmodi immiscuerunt, à censuris, & pœnis propterea incur- sis absolvimus, & liberamus: Non obstantibus Apostolicis ac in Conciliis generalibus editis, nec non Symmachi & Pauli II. aliorumque Romano- rum Pontificum Prædecessorum nostrorum, de re- bus Ecclesiæ non alienandis, & alienatis ad jus & proprietatem revocandis, aliisque ordinationi- bus, & constitutionibus, nec non Ecclesiarum, Monasteriorum, Conventuum, & Ordinum præ- dictorum juramento, confirmatione Apostolica, vel quavis firmitate alia roboratis statutis, & consuetudinibus, privilegiis quoque, exemptioni- bus, indultis & litteris Apostolicis, eisdem & eor- um Superioribus & Personis per quoscumque Ro- manos Pontifices Prædecessores nostros, ac Nos, & Sedem Apostolicam, etiam motu proprio, & ex certa scientia, ac de simili Apostolica potesta- tis plenitudine, ac aliàs sub quibuscumque teno- ribus & formis, ac cum quibusvis etiam derogato- riarum derogatoriis, aliisque efficacioribus & in- solitis clausulis, & decretis quomodocumque con- cessis, confirmatis & innovatis, ac quibuslibet aliis indultis, & Litteris Apostolicis, generalibus, vel specialibus, quorumcumque tenorum existen- tibus; per quæ præsentibus non expressa, vel non inserta effectus earum impediri valeat quomodolibet vel differri, & de quibus totisque tenoribus de verbo ad verbum habenda sit mentio specialis. Quæ omnia nolumus cuiquam ad impediendum effectum præsentium in aliquo suffragari. Volu- mus autem, quòd si quis vestrum ante executionem præsentium ab hac luce decedat, reliqui sup- perstites, ac etiam aliquibus ex vobis legitimo im- pedimento detentis, sed ex vobis, requisitis tamen prius legitime impeditis, & interesse non va- lentibus, ac de eorum concessu, una cum altero ex Cardinalibus, aut ipso Nuntio contento in præ- sentibus, nihilominus exequantur. Ut verò præ- sentes litteræ, quibus opus fuerit, facilius inno- tescant, volumus, ut earum exemplis, etiam im- pressis, manu Notarii publici, & sigillo ejusdem Nuntii nostri, seu Cleri, aut Deputatorum hujus- modi munitis, eadem habeatur fides, quæ habe- retur ipsis præsentibus, si essent exhibitæ, vel ostensæ.

Nulli ergò omnino hominum liceat hanc pagi- nam nostræ permissionis, voluntatis, decreti, & mandati infringere, vel ei ausu temerario con- tradicere.

Si quis autem hoc attentare præsumpserit, in- dignationem Omnipotentis Dei, ac beatorum Pe- tri, & Pauli Apostolorum ejus, se noverit incur- surum.

Datum Romæ, apud Sanctum Petrum, Anno Incarnationis Dominicæ, millesimo quingentesimo octuagesimo quinto, tertio Kalendas Februarii, Pontificatus nostri, anno primo.

Sic Signatum, H. Cardinalis Aldobr. Prodatar.

Joannes Baptista Canobius: & supra plicam, C. Robert.

Sigillata sub plumbo cum cordella cericea crocei ceruleique colorum. Et à tergo scriptum est, Re- gistrata apud Joannem Baptistam, Secretarium.

*Leuë, publiée & registrée, oüy ce requerant le Procureur general du Roy, pour l'alienation de- cinquante mille escus de rente mentionnez. Et pour le surplus seront faites tres-humbles remonstrances au Roy. A Paris en Parlement le vinge-septième jour de Mars l'an. 1586.*

Signé, DU TILLET.

Alia super alienatione bonorum immobilium, quæ 50. millium scutorum fructus non excedant: an. 1586.

III.  
Ex ibid.  
Tom. 4.  
Pag. 794.

SIXTUS EPISCOPUS.

*Seruus Servorum Dei, Dilectis Filiis Carolo à Borbonio, & Ludovico à Guisa, Sanctæ Roma- næ Ecclesiæ Presbyteris Cardinalibus, ac Venerabilibus Fratribus Joanni Francisco Brixienti, nostro, & Sedis Apostolicæ in Regno Franciæ Nuntio, & Petro, Parisiensi, Episcopis; nec non dilectis etiam Filiis, Syndicis Generalibus Cleri, Salutem, & Apostolicam benedictionem.*

SI Francorum Reges Christianissimi, ut Sectas Religionis Christianæ inimicas extirparent, & Christiani nominis fines quam longissime propaga- rent, ac denique Apostolicæ Sedis auctoritatem factam testamque conservarent, nullam sibi un- quam difficultatem pertimescendam, nullum peri- culum detrectandum, nullamque dimicationem re- fugiendam putarunt: maxime decet nos horum non immemores, efficere, ut potentissimum illud & memoriâ nostrâ dignissimum Galliæ Regnum, continua bellorum serie, & ab alienis & à suis vexatum & direptum, conquistis undique remediis conservetur, ipsiusque paci, & tranquillitati consulatur. Quod nuper ut fieret, supplicationibus charissimi in Christo Filii nostri Henrici Franco- rum Regis Christianissimi ea in parte adducti, Clero Franciæ vendendi bona mobilia, vel immo- bilia usque ad valorem centum millium scutorum in redditibus annuis, ac vobis quæ super his ne- cessaria & opportuna viderentur agendi & exe- quendi plenam, & liberam facultatem per aliàs nostras litteras sub data, Romæ apud Sanctum Petrum, tertio Calend. Februarii, Pontificatus nostri anno primo, & propter causas in eisdem litteris expressas concessimus. Ita tamen, ut tunc quinquaginta tantum millia scuta dicti annui red- ditus sub certis formis, conditionibus, & modis in ipsis litteris contentis, quam minimo Ecclesia- rum detrimento fieri posset, alienarentur: alia ve- rò quinquaginta millia eadem formâ prorsus ser- vatâ, post tres menses dictarum litterarum com- putandos similiter alienarentur: cum certis tunc, & expressis conditionibus, prout in dictis litteris plenius continetur. Cum autem ad priorum quin- quaginta millium scutorum annui redditus aliena- tionem jam processum fuerit, dictusque Henricus Rex impensè desideravit, desideretque reliqua quinquaginta millia scuta dicti annui redditus in suarum totiusque Regni sui necessitatum subven- tionem alienari, & pro hujusmodi alienatione apud Nos, dictamque Sedem per litteras & Nun- tios frequenter infiterit. Nos bona Ecclesiastica tanquam viscera nostra perpetuò Ecclesiis conser- vare exoptantes, & quarumdam aliarum aliena-

tionum